



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula literarum deputationis Rectoris pro recta administratione
Ecclesiae alicuius, cum facultate curam, & Sacramenta ministrandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

tum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem, cum iuris cauonici plenitudine inuestiuimus & inuestimus per praesentes. Quocirca &c. [vt supra in collatione parochialis.] Mandantes praeposito, &c. Fictabilibus vero &c. vt tibi, vel procuratori legitimo de praedictorum canonicatus & praebendae, illisque annexorum iuriumque ac pertinentiarum fructibus, redditibus &c. quatum in se fuerit, responderi faciant, in omnibus & per omnia, iuxta praesentiarum literarum Apostolicarum vim, tenorem, formam, & continentiam. In quorum &c. Dat. &c.

Formula institutionis Capellae de iurepatronatus.

Carolus &c. Dilecto nobis in Christo presbytero N. Mediolanen. diocesis salutem in Domino. Cum nuper nomine Magnifici Domini N. patroni & aduocati, ex fundatione & dotatione, & seu restauratione cappellae Sanctae N. loci N. plebis N. Mediolanen. Diocesis ad praedictam cappellam, per assecutionem alterius beneficii Curati ven. Presbyteri N. illius ultimi possessoris, [seu] per obitum, [vel] resignationem, vacante, coram nobis praesentatus fueris; petierisque huiusmodi praesentationem admitti, & canonicam institutionem tibi fieri; & deinde seruatis seruandis coram nobis de iurepatronatus huiusmodi constititerit; demumque de mandato nostro per Reuerendiss. Patres examinatores in Synodo dioecessana Mediolanen. deputatos examinatus ad praedictam cappellam, idoneus repertus fueris: Nos tam auctoritate nostra ordinaria, quam alias omnibus meliori modo, iure, via, causa, & forma, quibus melius & validius possumus, recepto prius a te iuramento iuxta formulam in Concilio prouinciali primo Mediolanen. praescriptam, de non alienando bona dictae cappellae & alienata recuperando: necnon de parendo mandatis nostris, ac pro tempore futuri Archiepiscopi Mediolanensis in praedicta capella, sic vt praesertur vacante, ad praesentationem praedictam instituimus, teque coram nobis propter

hoc flexis genibus humiliter constitutum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem de dicta capella inuestiuimus, ac inuestimus per praesentes. Quocirca vniuersis & singulis personis Ecclesiasticis, notarijs &c. [vt supra in collatione parochialis.]

Formula iuramenti ab ijs praestandi, qui ad beneficia de iurepatronatus, aut alio quouis modo praesentantur, Habetur supra in Concil. 1. prouincial. pag. 14.

Formula literarum deputationis Rectoris pro administratione alicuius Ecclesiae, cum facultate curam, & sacramenta ministrandi.

Carolus &c. Cum pro recta administratione Ecclesiae B. V. M. loci N. plebis N. nostrae Mediolanensis Diocesis, ad quam pietatis & deuotionis ergo frequens est fidelium concursus, Rectorem spectata morum probitate, prudentia, & diligentia praedicere consueuerimus: Te, cuius fides, pietas, prudentia, & probitas, iam diu nobis perspecta est, eidem Ecclesiae, & religiosae Domui Rectorem harum literarum serie constituimus, praeficimus, ac deputamus: cum ampla facultate, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, administrandi, gerendi & gubernandi pia fidelium vota, & oblationes recipiendi, & dispensandi in vsu Ecclesiae, & domus praedictae, ac illi annexorum & pertinentiarum eorundem curam habendi. Insuper animarum curam in parochiali Ecclesia ibi proxima loci N. ac Ecclesiastica Sacramenta ministrandi, cum simili assignatione, & dispositionis potestate omnium & quorūlibet fructuum, prouentuum, ac obuentionum praedictae parochialis quomodo libet spectantium, his nostris concedimus, ac impartimur facultatem. Mandantes omnibus & singulis Fictabilibus, Massarijs, Colonis, & Arendatarijs bonorum, fructuum, redditum, & obuentionum eiusdem parochialis, ac praedictae Ecclesiae B. V. M. de N. ac alijs ad quos spectat, vt tibi, vel cuilibet per te, de ipsius parochialis, ac Ecclesiae de N. fructibus

bis & prouetibus quibuscunq; tam maturatis, quam in posterum maturandis, pro tua, ac in religiosa domo prædicta habitantium sustentatione, ac oneribus eisdem parochiali, & Ecclesiæ prædictis incumbentibus sustinendis, respondeant; Cum ampla pariter facultate tibi attributa, prædictarum Ecclesiarum bona, possessiones, ac iura, prout eisdem Ecclesijs expedierit, nouis colonis locandi, veteresve confirmandi, a debitoribus quibuscunq; quouis occasione debita exigendi & recipiendi; solentibus oportunas confessiones, & quietantias, etiam per publicum instrumentum faciendi; contra renitentes, & soluere nolentes, de iure experiendi; coram nobis in ius vocandi, citandi, ac alia iuris remedia, prout expediens fuerit, adhibendi: super quibus omnibus & singulis, plenam, omnimodam, atque amplam damus, harum serie, quas ad beneplacitum nostrum durare volumus, potestatem & auctoritatem. Scias tamen de omnibus hanc curam & administrationem respectiue respicientibus, suo tempore te ratione redditurum. In quorum &c.

Formula literarum deputationis depositarij, & exactoris bonorum ecclesiasticorum.

Carolus &c. Magn. D.N. salutem in domino. Consueuimus sæpe pro rebus Ecclesiasticarum administratione, præsertim temporalium, opera laicorum virorum, prudentia & pietate maximè prælucentiū, in huiusmodi vt; quò rebus Ecclesiasticis commodius & tutius consultum sit. Vacante igitur parochiali Ecclesia S. N. loci N. plebis N. Mediolanen. dioc. tua prudentia & singulari pietate plurimum freti, te in exactorem & Depositarium quorumcunq; fructuum, reddituum, prouentuum, & obuentuum, ad dictam parochialem quomodolibet spectantium, tam hætenus perceptorum & maturatorum, quàm etiam in futurum similiter maturandorum; ita vt contra quoscunq; pro exigendis & consequendis fructibus huiusmodi etiam iuris omnibus remedijs, ac alijs modis & formis, prout tibi me-

Pars III.

lius videbitur; cum facultate etiam ab alijs quibuscunq; Depositarijs rationem reposcendis agere possis, & valeas, deputamus, donec aliud per nos super administratione huiusmodi expressè decretum fuerit; nec non bona, possessiones, ac iura nouis colonis locandis veteresve confirmandis prout melius expedire censueris; seruatis in his tamen solitis ac debitis conditionibus; fructusque per te sic exactos in depositum habeas, nobis, vel cui a nobis iniunctum fuerit, rationem suo tempore redditurus. In quorum fidem &c.

Formula describendi Baptizatos in libro. Habetur supra par. 2. Actorum. pag. 398.

Formula Monitionis de suscipiendo confirmationis Sacramento.

Quod Concilij Vormatiensis Canone, & Concilij Prouinc. 4. decreto sancitum est, illud nunc vos monemus: vt cum Reuerendiss. Archiepiscopus Confirmationis Sacramentum ministraturus sit hac hebdomada in Ecclesia S. N. quicunq; intra Parochiæ nostræ fines habitant, neq; confirmati adhuc sint, illud omnes suscipiat, qui per ætatem idonei erunt: sciantq; qui neglexerint, nõ sine Canonicis disciplinis posse illud prætermittere. Qui autem accessuri erunt, ex præscripto monitionū hac de re, quas nunc legemus, accedant.

Formula schedulæ sumendæ confirmationis. Habetur supra parte 2. Actorum. pag. 225.

Formula describendi Confirmatos in libro.

Alii . . . del mese di N. . . l'anno . . . N. Figliuolo di N. & di N. sua Cõsorte, sù cresmato nella Chiesa di N. . . per Monsign. Renèrendiss. nostro Arciuescouo, & sù compadre N. ouero N. comadre.

Lasciando il nome del Padre e della Madre, in quelli che nõ saranno di legitimo matrimonio.

○ For-